tionem peccati originalis, & holocauſtum, ad conſecrationem prolis; & ſpeciale de primogenitis, & utrumque ſervatum fuit circa Chriſtum infantem, 3. q. 37. 3. *c.*

113 Non ſunt aliqua præcepta judicialia ordinantia hominem in ſeipſo, ſed omnia talia ſunt moralia, 12. q. 104. 1. *ad* 3.

114 Circa judicialia præcepta dupliciter ſcribę & Phariſæi errabant; ſcilicet primo quidem, quia quædam quæ in lege Moyſis erant tradita, tamquam permiſiones, æſtimabant eſſe per ſe juſta, ſcilicet repudium uxoris, & uſuras accipere ab extraneis, & ideo Dominus prohibuit uxoris repudium & uſurarum acceptionem; alio modo errabant, credentes quędam quæ lex vetus inſtituerat facienda propter juſtitiam, eſſe exequenda ex appetitu vindictæ, vel ex cupiditate temporalium rerum, vel ex odio inimicorum, quorum oppoſita Dominus docet, 12. q. 108. 3. *ad* 2.

115 Præcepta judicialia poſt Chriſtum non obligant, nec ſervans ea peccat; niſi ſervet, ut obligatus ex lege, 12. q. 104. 3. *o.* & q. 108. 1. *c.* & 2. *c.* *ad* 4. & 22. q.62. 3. *ad* 1. & q. 87. 1. *c.*

116 Intentio legislatoris duplex, ſcilicet præcepti, & finis ejus, prima obligat, non autem ſecunda, 12. q. 100. 9. *ad* 2.

117 Præcepta juris poſitivi non ſe extendunt ultra intentionem pręcipientis, quæ eſt finis præcepti, hæc autem eſt charitas, 12. q. 96. 6. *c.*

118 Præceptum legislatoris tunc ſolum non obligat, quando obſervatio præcepti intentionem ejus evacuat vel impedit, 12. q. 69. 7. *c.*

119 Præcepta communis ſtatuti non eodem modo obligant omnes, ſed ſecundum quod requiritur ad finem, quem intendit legislator, 12. quæſt. 96. 6. *c.* & 22. quæſt. 147. 3. *ad* 2.

120 Nullus ligatur præcepto, niſi mediante notitia ejus, ideo nullus ignorans tenetur ad aliquod præceptum, niſi teneatur, vel potuerit ſcire illud, inquantum in ejus notitiam illud pręceptum devenit per alios, vel devenire poteſt promulgatione facta, 12. q. 90. 4. *c.* *ad* 2.

121 Legislator non poteſt aliquod præceptum ponere, quod non oporteat in aliquo caſu prætermitti, 12. q. 96. 6. *c.* & 22. q. 147. 3. *ad* 2. item 4. *c.*

122 Tranſgrediens præcepta, contemnendo auctoritatem legislatoris, vel ſic quod impediatur finis quem intendit, peccat mortaliter; non autem ſi ex rationabili cauſa, præcipue in caſu, quo legislator decerneret non eſſe ſervandum, 12. q. 96. 6. *c.* & 22. q. 147. 3. *ad* 2. item 4. *c.*

123 Ad principes ſæculares pertinet dare præcepta ad utilitatem communem in temporalibus, ad prælatos autem ecleſiaſticos in ſpiritualibus, 22. q. 147. 3. *c.*

124 Prælati debent abſtinere à multitudine præceptorum, 12. q. 107. 4. *c.* & 22. q. 105. 1. *ad* 3.

125 Prelatus non eſt dominus, ſed diſpenſator, non in deſtructionem, ſed in ædificationem, ideo non poteſt præcipere peccata, nec prohibere opera virtutum, 22. q. 88. 12. *ad* 2.

126 Præcepta legis humanæ diverſificantur ſecundum diverſitatem communitatum, 12. q. 100. 2. *c.* item q. 104. 3. *ad* 2. item q. 107. 1. *c.* item 22. q. 140. 1. *c.*

127 Quandoque prælati religioſorum præcipiunt vel communiter omnibus, vel alicui ſpecialiter, ut ſi quis ſit corrigendus, ei dicatur, & tunc intelligendum eſt præceptum ſane, ſalvo ordine fraternæ correctionis, 22. q. 33. 7. *da* 5. item *ad* 5.

128 Prælatus religioſorum non habet poteſtatem præcipiendi aliquid ſuper occultis, niſi inquantum per aliqua indicia manifeſtantur, puta per infamiam, vel per aliquas ſuſpiciones, in quibus caſibus poteſt prælatus præcipere, eodem modo ſicut & judex ſęcularis, vel eccleſiaſticus poteſt exigere juramentum de veritate dicenda, 22. q. 33. 7. *ad* 5.

1 Preces pro indigno ſunt ſimoniacæ, & ſunt munus á lingua, non autem pro digno, 22. q. 100. 5. *ad* 3.

1 Præcipere eſt actus rationis, quia importat motionem, cum quadam ordinatione, 22. q. 47. 8. *ad* 3.

2 Recte præcipere, & ratione uti, ſemper ſe committantur, quia ad præceptum rationis ſequitur obedientia virium inferiorum, quod pertinet ad uſum, 22. q. 48. *ad* 4.

1 Præcipitatio eſt operatio per impetum voluntatis, vel paſsionis, ſine prudentia & partibus ejus, 22. q. 8. 6. *ad* 1. & q. 53. 3. *o.* & 5. *c.* & q. 127. 1. *ad* 2.

2 Eſt ſpeciale peccatum propter ſpecialem actum rationis qui prætermittitur, ſcilicet conſilium, licet poſsit inveniri in quolibet genere peccatorum, 22. quæſt. 54. 1. *ad* 2.

3 Contrariatur dono conſilii & prudentiæ, 22. q. 53. 3. *ad* 1. & q. 127. 1. *ad* 2.

Pretium rerum venialium non eſt ſemper determinatum punctualiter, ſed in æſtimatione, 22. q. 77. 1. *ad* 1.

* Pręda licite capitur ab hoſtibus vel malefactoribus, in iis quæ ipſi injuſte abſtulerant, 22. q. 66. 8. *o.*

1 Prædeſtinatio eſt quædam præordinatio Dei ab æterno, de iis quæ per gratiam Dei fienda ſunt in tempore, 3. q. 24. 1. *c.*

2 Eſt ratio tranſmiſsionis creaturæ rationalis ad vitam æternam, in mente Dei, 1. q. 23, 1. *c.* & 3. q. 24. 2. *c.*

3 Eſt præſcientia, & præparatio gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro, 1. q. 23. 2. *ad* 3. & *ad* 4. & 22. q. 174. 1. *c.*

4 Gratia ponitur in definitione ejus, non quia ſit de eſſentia ejus, ſed quia importat reſpectum ad gratiam, 1. q. 23. 2. *ad* 4.

5 Prædeſtinatio eſt pars providentiæ, 1. q. 23. 1. 2. 3. 4. 6. 8. *c.*

6 Nihil ponit in prædeſtinato, niſi effectum ejus, 1. q. 23. 2. *o.*

7 Differentia ſcientiæ, ſapientiæ, præſcientiæ, prævidentiæ, diſpoſitionis, providentiæ, & prædeſtinationis, 1. q. 23. 3. *c.*

8 Prædeſtinatio proprie eſt tantum de bonis, præſcientia vero eſt etiam de peccatis, 22, q. 174. 1. *c.*

9 Prędeſtinatio eſt cauſa gratiæ, & gloriæ, ſed reprobatio eſt cauſa derelictionis, & pœnæ æternæ, non autem culpę, 1. quæſt. 23. 3. *ad* 2.

10 Eſt tantum entium aliquando, 3.q.23.2. *ad* 2. & 4. *ad* 2.

11 Convenit angelis, ſicut & hominibus, licet non fuerint miſeri, 1. q. 23. 1. *ad* 3.

12 Non convenit creaturæ irrationali, niſi abuſive, 1. q. 23. 1. *ad* 2.

13 Conveniens eſt Deo homines prædeſtinare, 1. q. 23. 1. *o.*

14 Prædeſtinatio certiſsime, & infallibiliter conſequitur ſuum effectum, 1. q. 23. 3. *ad* 3. & 6. *o.* & 8. *ad* 3.

15 Non poteſt impediri, 1.q.23.8.*ad* 3.

16 Juvatur precibus ſanctorum, & ſuis, & aliis bonis operibus ex parte effectus ejus, non autem ex parte ordinationis divinæ, 1. q. 23. 8. *o.*

17 Præſcientia meritorum non eſt cauſa prædeſtinationis univerſaliter, tamen unus effectus ejus eſt ratio finalis alterius effectus ejus prioris, & cauſa meritoria effectus poſterioris, 1. q. 23. 5. *o.*

18 Voluntas Dei eſt cauſa efficiens, & finis prædeſtinationis ex parte totius effectus ejus, 1. q. 23. 5. *o.*

19 Error multiplex circa effectus prædeſtinationis, 1. q. 25. 5. 8. *c.*

20 Prædeſtinatio eſt ęterna, 3. q. 24. 1. 2. *c.* & 3. *u.* & 4. *c.* *ad* 1.

21 Præſcientia, providentia, prædeſtinatio, & hujuſmodi non imponunt neceſsitatem omnibus rebus, nec auferunt contingentiam ab eis, 1. q. 22. 4. *o.* & q. 23. 1. *ad* 1. item 3. *ad* 3. item 6. *c.* & 22. q. 171. 6. *ad* 1.

22 Prędeſtinati non ſunt certi communiter de ſua prędeſtinatione, 1. q. 23. 1. *ad* 4.

23 Licet aliquibus ex ſpeciali privilegio ſua prædeſtinatio reveletur, non tamen convenit, ut reveletur omnibus; quia ſic illi qui non ſunt prædeſtinati deſperarent, & ſecuritas in prædeſtinatis negligentiam pareret, 1. quęſt. 23. 1. *ad* 4.

24 Revelat Deus hoc aliquando aliquibus ex ſpeciali privilegio, ut ſecuritas gaudii etiam in hac vita in eis incipiat, & confidentius, & fortius magnifica opera proſequantur, & mala præſentis vitæ ſuſtineant, 12. quæſt. 117. 5. *c.*

25 Numerus prædeſtinatorum eſt certus, & determinatus formaliter, & materialiter Deo, non autem nobis, 1. q. 23. 7. *o.*

26 Prædeſtinatio convenit Chriſto, & perſonæ Chriſti, inquantum ſubſiſtit in natura humana, non autem ſubſiſtit in natura divina; nec ſecundum ſe, nec convenit naturæ humanę, nec naturæ divinæ, 3. q. 24. 1. *o.*

27 Prędeſtinatio Chriſti eſt cauſa efficiens, formalis, exemplaris, & finalis prędeſtinationis noſtrę, ratione effectus, non autem ratione operationis Dei, 3. q. 24. 3. 4. *o.*

28 Chriſtus prædeſtinatus eſt eſſe filius Dei, non autem proprie factus eſt filius Dei, 3. q. 24. 1. *ad* 2.

29 Chriſtus ſecundum quod homo prædeſtinatus eſt eſſe filius Dei, quia prędeſtinatio quoad præceſsionem, & effectum, ideſt gratiam, convenit Chriſto ratione humanæ naturę tantum, 3. q. 24. 2. *o.*

30 Chriſtus ſecundum quod filius Dei, prędeſtinatus eſt eſſe homo, tamen magis proprie dicitur è converſo, 3. q. 24. 2. *ad* 3.

31 Homo prædeſtinatus eſt eſſe filius Dei, & è converſo, 3. q. 25. 2. *ad* 3.

Prædicamentum quodlibet accidentium dicit imperfectionem, ſecundum propriam rationem generis, præter relationem; ideo in divinis ſunt tantum duo modi prædicandi, ſcilicet ſubſtantiæ, & relationis, 1. quæſt. 28. 1. *c.* & 2. *o.*

1 Prędicare, ideſt evangelium recitare in Eccleſia, quod eſt linguis loqui, pertinet ad diaconum; ad ſacerdotes autem pertinet exponere, & exhortari, quod eſt prophetare, 3. q. 67. 1. *ad* 1.

2 Prædicare eſt principaliſsimus, & proprius actus epiſcopi, & dignior quam baptizare, 3. q. 67. 1. *ad* 1. item 2. *ad* 1. item q. 71. 4. *ad* 3.

3 Periculum de prædicatione omiſſa non imminet, niſi eis quibus commiſſum eſt officium prędicandi, 22. q. 10. 12. *ad* 5.

4 Prędicans poteſt vivere de eleemoſynis ſponte oblatis, non autem de datis coacte, niſi ſit prelatus, 22. q. 188. 4. *ad* 4.

5 Chriſtus non debuit prætermittere prædicationem propter ſcandalum judæorum, 3. q. 42. 2. *o.*

6 Chriſtus & Apoſtoli à principio prędicaverunt Judæis tantum quadruplici ratione, ſcil. ut

28 Prophetia prędeſtinationis completur ſine arbitrio noſtro cauſante, non autem ſine eo conſentiente, 3. q. 30. 1. ad 1.

29 Finis prophetiæ eſt manifeſtatio alicujus veritatis exiſtentis ſupra hominem, 22. q. 174. 2. c. ad 2. & 6. c.

30 Prophetia ſecundum quid poteſt eſſe à dæmonibus, non autem prophetia ſimpliciter, 22. q. 172. 5. o.

31 Prophetia dęmonum non fit per illuminationes, ut divina, ſed per viſionem imaginariam vel ſenſibilem; nec eſt ſemper vera, ſicut prophetia divina, 22. q. 172. 5. ad 2. & ad 3.

32 Prophetæ dæmonum quandoque prædicunt vera ex inſpiratione divina, & aliquando per dæmones, 22. q. 172. 6. o. & q. 174. 5. ad 4.

33 Species prophetiæ triplex, ſcilicet comminationis, prędeſtinationis, & præſcientię, 22. q. 174. 1. o.

34 Prophetia fit dupliciter, ſcilicet per influxum luminis tantum, & per ſpecies impreſſas, vel aliter ordinatas, 22. q. 173. 2. o.

35 Modus prophetiæ triplex, ſecundum triplicem potentiam cognoſcitivam, ſcilicet ſecundum oculos corporis, ſecundum ſpiritum imaginarium, & ſecundum intuitum mentis, 22. q. 174. 1. ad 3.

36 Prophetis repræſentantur aliqua quadrupliciter, ſcilicet in ſenſu exteriori, ſicut Daniel vidit ſcripturam in pariete, & Samuel audivit verba; vel per formas in imaginatione divinitus impreſſas, ſicut in cęcis natis ſimilitudines cœlorum; vel per formas divinitus ordinatas, ſicut Jeremias vidit ollam accenſam; vel per ſpecies in intellectu, ſicut in ſcientia infuſa Salomoni, & Apoſtolis, 22. q. 173. 2. o. & 4. c.

37 Modus prophetiæ ſextuplex, ſecundum differentias influxus, ſcilicet extaſis, viſio, ſomnium per nubem, vox de cœlo, parabola, & repletio Sancti Spiritus, 22. q. 174. 1. ad 3.

38 Gradus prophetiæ imaginariæ diſtinguitur quadrupliciter, ſcilicet per ſomnium & vigiliam, per ſigna, ſi loquens videtur vel non, & ſecundum dignitatem apparentis, 1. q. 12. 11. 1. ad 1. & 22. q. 174. 3. o.

39 Gradus prophetię improprie dictæ duplex, ſcilicet minimus, ideſt ſecundum operationem exteriorem, ut Samſon; & viſio de naturalibus, ut Salomon, 22. q. 174. 3. c.

40 Actus prophetiæ duplex, ſcilicet principalis, ideſt viſio; & ſecundarius, ideſt denunciatio, 22. q. 176. 2. c.

41 Veri prophetæ tripliciter differunt à falſis Prophetis, ſcilicet agente, fine, & certitudine, 22. q. 175. 5. ad 3.

42 Prophetia prædeſtinationis ſemper impletur, non autem prophetia comminationis, 1. q. 19. 7. ad 2. & 22. q. 171. 6. ad 2. & q. 174. 1. c. & 2. o.

43 * Omnis prophetia de quacumque re eſt ejuſdem ſpeciei, quia eſt per unum formale, ſcilicet per lumen divinum, 22. q. 171. 3. ad 3.

44 Prophetia eſt ſimpliciter excellentior dono linguarum triplici ratione, ſcilicet quia conſiſtit in ipſa illuminatione mentis, quia pertinet ad rerum notiam, & quia eſt utilior, 22. q. 176. 2. o.

45 Prophetia intellectualis viſionis eſt nobilior quam imaginaria, niſi reſpectu revelandi per ſimilitudinem corporalem; quia tunc eſt é converſo, 22. q. 174. 2. o. & 3. c. fin. & 4. c. ad 1. & 5. c. & q. 176. 2. c. ad 1. & 3. q. 30. 3. ad 2.

46 Magis proprie dicitur de imaginaria, quam de intellectuali, 22. q. 173. 2. c. fin. & q. 174. 2. ad 3. & 3. c.

47 Imaginaria de ſupernaturali veritate eſt nobilior intellectuali de cognoſcibilibus humana ratione, 22. q. 174. 2. ad 3. & 3. c. & q. 176. 2. ad 1.

48 Prophetia quanto eſt vicinior Chriſto, tanto eſt major, & magis poſt, quam ante, licet in quolibet ſtatu prima ſit major aliis, 1. quæſt. 57. 5. ad 3. & 22. quæſt. 174. 6. o.

49 Idem propheta non eſt ſemper in eodem gradu prophetiæ; ſed quandoque in majore, quandoque in minori, 22. q. 174. 3. ad 2.

50 Moyſes fuit cęteris prophetis ſimpliciter major, licet ſecundum quid ſit minor aliquo, 22. q. 174. 4. o.

51 Prophetia David ex propinquo attingit ad viſionem Moyſis majorem quoad cognitionem divinitatis; ſed è converſo in cognoſcendo & exprimendo myſteria incarnationis Chriſti, 22. q. 174. 4. ad 1.

52 Joannes Baptiſta fuit major propheta Moyſe, & cæteris Prophetis veteris teſtamenti, 22. q. 174. 4. ad 3.

53 Prophetia non convenit Deo, nec beatis, nec angelis, 22. q. 173. 1. c. & q. 174. 5. o. & 3. q. 7. 8. c. & q. 31. 2. c.

54 Prophetia fuit in Chriſto inquantum fuit viator, 22. q. 174. 5. ad 3. & 3. q. 7. 8. o. & q. 31. 2. o.

55 Ille cujus tantum intellectus illuminatur ad indicandum viſa ab aliis, ſicut Joſeph, & Daniel, eſt propheta, 22. q. 173. 2. c.

56 Ille cui oſtenduntur ſimilitudines ſine lumine intelligentiæ, ſicut Pharao, vel Nabuchodonoſor, vel Balthaſar, non eſt proprie propheta, 22. q. 173. 2. c.

57 Abraham, Iſaac, & Jacob fuerunt prophetæ, 22. q. 174. 6. c.

58 * David habuit prophetiam, quoad intuitum mentis, ſine imaginaria viſione, 22. q. 174. 4. ad 1.

59 Omnes numerati inter prophetas habuerunt prophetiam imaginariam de ſupernaturali veritate, & habebant officium prophetandi, & loquebantur in perſona Dei, non autem hagiographe, 22. q. 174. 2. ad 3.

60 Omni tempore fuerunt prophetæ, etiam in novo teſtamento, 22. q. 95. 2. ad 3. & q. 174. 6. o.

61 Prophetæ fuerunt maxime in abundantia tempore regum; quia tunc populus erat liber; ideo inſtrui debebat de agendis, 22. q. 174. 6. ad 2.

62 Prophetiæ inceperunt ſcribi per Iſaiam & Oſee, quando Roma condita fuit, 22. q. 174. 6. ad 2.

Propitiatorium erat tabula ſuper alas Cherubin, quia exinde Deus propitiabatur populo, 12. q. 102. 4. ad 6.

1 Proportio ſecundum primam nominis impoſitionem ſignificat habitudinem quantitatis ad quantitatem, ſecundum determinatum exceſſum, vel adæquationem; ſed transfertur ad ſignificandum habitudinem quorumcumque, ſicut materiæ ad formam, potentię ad actum, objecti ad potentiam, finiti ad infinitum, & creaturæ ad creatorem, 1. quæſt. 12. 1. ad 4.

2 Proportio proprie non eſt finiti ad infinitum, nec creaturæ ad creatorem, ſed proportionalitas, ſcilicet ſimilitudo proportionum, 1. q. 12. 1. ad 2.

3 Cognitio ſenſitiva non ſe extendit ad proportionem unius ad alterum, 22. q. 58. 4. c.

1 Propoſitionis veritas duplex, ſcilicet rei, & ſigni, 1. q. 16. 8. ad 3.

2 Propoſitiones affirmativæ veræ poſſunt formari de Deo, 1. q. 13. 12. o.

3 Dicuntur incompactæ vel inconvenientes, propter modum ſignificandi, 1. q. 13. 12. ad 1.

4 Cum dicitur Deus ſcivit aliquid eſſe futurum contingens, non ponitur ibi contingens, niſi ut materia verbi, & non ut pars principalis propoſitionis, 1. q. 14. 13. ad 2.

1 Propoſitum eſt actus voluntatis deliberatæ, 22. q. 88. 1. c.

2 Propoſitum pro facto reputatur, 1. q. 23. 2. ad 2.

1 Proprium eſt de genere accidentium, 12. q. 83. 12. ad 3.

2 Proprium non addens aliquid nobilitatis ſupra commune, non habet proprium nomen, ſed nominatur nomine communis, 12. q. 11. 1. ad 3. & 22. q. 9. 2. c. & q. 50. 2. ad 1. & q. 161. 1. ad 2.

3 In omni re proprium accidens eſt aliud ab eſſentia ejus, & eſt poſterius ea ordine generationis & perfectionis, 12. q. 2. 6. c. & q. 83. 2. ad 3.

4 Fluit a ſubjecto, ſine mutatione, ſed per naturalem reſultautiam, 1. q. 77. 6. ad 3.

1 Propter ſe duplex, ſcilicet quod dividitur contra per aliud & contra accidens; primo modo finis diligitur propter ſe, virtutes autem ſecundo modo, 22. q. 145. 1. ad 1.

2 Propter quod unumquodque & illud magis, intelligitur tantum in iis quæ ſunt ejuſdem ordinis, ſicut in eodem genere cauſę; puta ſi dicatur quod ſanitas eſt deſiderabilis propter vitam, ſequitur quod vita ſit magis deſiderabilis; ſi autem accipiantur ea quæ ſunt diverſorum ordinum, non habet veritatem; ut ſi dicatur quod ſanitas eſt deſiderabilis propter medicinam, non ideo ſequitur quod medicina ſit magis deſiderabilis; quia ſanitas eſt in ordine finium; medicina autem in ordine cauſarum efficientium, 1. q. 87. 2. ad 3. & q. 88. 3. ad 2.

1 Prorumpit homo facile ad manifeſtandum conceptum cordis, 11. q. 72. 7. c.

2 Iracundus in verba contumelioſa prorumpit, 12. q. 72. 7. c.

3 De proſperitate, & glorla inimici licet triſtari, iuquantum eſt nociva, 22. q. 36. 2. o. & q. 158. 1. ad 3.

1 Providentia importat reſpectum quendam alicujus diſtantis, ad quod ea quæ in præſenti occurrunt, ordinanda ſunt, 22. q. 49. 6. c.

2 Eſt ratio ordinis in finem, 1. q. 22. 1. o. & 2. c. & q. 23. 1. c.

3 In recta ordinatione ad finem, quę includitur in ratione providentiæ, importatur rectitudo conſilii, judicii, & præcepti; ſine quibus recta ordinatio in finem eſſe non poteſt, 22. q. 49. 6. ad 3.

4 Providentia perfecte convenit Deo, 1. q. 22. 1. o.

5 Providentia Dei habet certitudinem, 1. q. 22. 4. ad 2. & ad 3.

6 Error duplex circa divinam providentiam, 1. q. 116. 3. c. fin.

7 Error triplex circa divinam providentiam, 1. q. 22. 2. c.

8 Opinio Platonis de triplici providentia, ſecundum Gregorium Niſſenum, ſcilicet providentia ſummi Dei, qui primo & principaliter providet rebus ſpiritualibus, & conſequenter toti mundo quantum ad genera, ſpecies, & cauſas univerſales; providentia qua providetur ſingularibus generabilium & & corruptibilium, & hanc attribuit Diis qui circumeunt cœlos, ideſt ſubſtantiis ſeparatis, quæ movent corpora cœleſtia circulariter; & providentia quæ eſt rerum humanarum quam attribuebat dæmonibus, quos Platonici ponebant medios inter nos & Deos, ut narrat Aug. 1. q. 22. 3. c. & q. 103. 6. ad 1.

virtus viri, & mulieris, 22. q. 47. 11. *ad* 1. & *ad* 2.

3 Princeps auferens per vim aliena, rapinam committit, & tenetur reſtituere; niſi ſit ſecundum juſtitiam, pugnando, vel puniendo, 22. q. 68. 8. *c. ad* 3.

4 Ad bene commorandum in aliqua communitate requiruntur duo, ſcilicet habere ſe bene ad principem, ideſt cum fidelitate, reverentia, & famulatu; ad ſocios autem reddendo cuilibet debita, & nulli nocendo, 12. q. 100. 5. *c.*

5 Sanctis licet commorari in curiis principum, ad promovendum bonos, & ad impediendum malos; non autem propter voluptates, 22. q. 187. 2. *ad* 3.

6 Deus reſervavit ſibi inſtitutionem ſummi principis, & regis Judęorum, quia habebat ſpecialem curam eorum, 12. quæſt. 105. 1. *ad* 1.

7 Non dedit Judæis principes, & reges á principio, ſed tantum modum eligendi, ſcilicet ſecundum judicium Dei, & de gente ſua; & modum ſe habendi, 12. q. 105. 1. *ad* 2.

8 Diviſio regni Iſrael, & multitudo regum magis convenit eis in pœnam, pro diſſenſionibus multis contra regnum David juſtum, quam ad eorum profectum, 12. quæſt. 105. 1. *ad* 3.

9 Principibus Judæorum non ſunt deputati cibi ſicut ſacerdotibus, ne ſuperbirent, nec ambirent, 12. q. 105. 1. *ad* 4.

1 Principatus bonus triplex, ſcilicet regalis, ariſtocratia, & democratia. Et triplex principatus malus, ſcilicet tyrannis, oligarchia, & democratia, 12. q. 95. 4. *c.* & q. 105. 1. *c.* & 22. q. 61. 2. *c.*

2 Principatus regalis eſt optimus, 1. q. 103. *c.* & 12. q. 105. 1. *ad* 2.

3 Principatus regalis eſt propter bonum populi, tyrannicus autem eſt propter bonum tyranni, 1. q. 92. 1. *ad* 2. & q. 96. 4. *c.* & 22. q. 42. 2. *ad* 3.

4 Optimus principatus eſt, in quo omnes habent aliquam partem. Et componitur ex regno, inquantum unus præeſt; & ariſtrocratia, inquantum multi principantur ſecundum virtutem; & democratia, ideſt principatus populi, in quo populus ſibi eligit principem, 12. q. 95. 2. *c.* & q. 105. 1. *o.*

5 Principatus dicuntur in angelis, quia principantur omnibus cæleſtibus principibus, divinas juſsiones explentibus. Sed archangeli dicuntur qui principantur ſoli ordini angelorum, 1. q. 108. 5. *ad* 4.

1 Principium quoad relationem eſt ſimul naturaliter cum principiato; ſed id quod eſt principium eſt naturaliter prius eo, 1. q. 42. 3. *ad* 2.

2 Eſt prius tempore principiato dupliciter, ſcilicet ex parte actionis ſucceſsive, vel agentis imperfecti, vel eligentis tempus, 1. quæſt. 42. 2. *c.*

3 Apud Græcos Filius, & Spiritus Sanctus dicuntur principiati, non autem apud Latinos, 1. q. 33. 1. *ad* 2.

1 Principium ſumitur á prioritate, ſed non ſignificat eam, 1. q. 33. 1. *ad* 3.

2 Eſt id á quo aliquid procedit quocumque modo, & è converſo, 1. q. 33. 1. *c.*

3 * Eſt communius cauſa, & cauſa elemento, 1. q. 33. 1. *ad* 1.

4 Non omne principium eſt primum principium, 12. quæſt. 6. 1. *ad* 1. & quæſt. 4. 1. *ad* 1.

5 Græci indifferenter utuntur nomine cauſæ, ſicut nomine principii in divinis, non autem Latini, 1. q. 33. 1. *ad* 1.

6 In divinis una perſona eſt principium alterius, non autem cauſa; 1. q. 33. 1. *o.* & q. 36. 4. *o.*

7 Principium in divinis, & in creaturis dupliciter cognoſcitur, ſcilicet ut primum, & ut principium, 1. q. 33. 4. *c.*

8 Non omne principium cognoſcendi eſt principium eſſendi, 1. q. 85. 3. *ad* 4.

9 Primum principium in ſpeculativis eſt: Non contingit idem ſimul eſſe, & non eſſe. In practicis autem eſt: Bonum eſt proſequendum, malum vero eſt fugiendum, 12. q. 94 2. *c.* & 22. q. 1. 7. *c.*

10 Principia ſpeculativa cognoſcuntur per alium habitum naturalem, quam concluſiones; quia principia per intellectum, concluſiones vero per ſcientiam, 22. q. 47. 6. *c.* & q. 49. 2. *ad* 1.

11 * Sicut in ratione ſpeculativa ſunt quædam ut principia, quorum eſt intellectus, & concluſiones, quarum eſt ſcientia, ita in ratione practica, ut principia naturaliter nota, ſunt fines virtutum moralium; quia finis ſe habet in operabilibus, ſicut principium in ſpeculativis; & quædam ſunt in ratione practica, ut concluſiones eorum quæ ſunt ad finem, 22. quæſt. 47. 6. *c.*

12 Nihil refert, utrum ille qui docet proponendo, vel interrogando procedat de principiis communibus ad concluſiones; utrobique enim animus audientis certificatur de poſterioribus per priora, 1. q. 84. 3. *ad* 3. & quæſt. 117. 1. *o.*

Prioritas nullo modo eſt in divinis, 1. q. 36. 3. *ad* 3. & 3. q. 32. 3. 10.

1 Privatio ſecunda ſuſcipit magis, & minus; quia ponit aliquid, quod eſt de ratione ejus, non autem prima, 12. q. 73. 1. *o.* & q. 82. 4. *c.*

2 Privatio ſuſcipit magis, & minus ſecundum ſuas cauſas, non autem ſecundum ſe, 1. q. 11. 4. *ad* 1. item q. 49. 3. *ad* 3. item 12. q. 22. 2. *ad* 1.

3 Privationes & negationes differunt ſpecie ſecundum differentias habituum, & poſitionem oppoſitorum, & ſpecificantur per habitus oppoſitos, 22. *q.* 107. 2. *c.*

4 * Privatio eſt carentia ejus quod eſt aptum natum haberi: Et hoc tripliciter, ſcilicet vel ab eo, vel ab alio ejuſdem ſpeciei, vel à quocumque: & tertia tantum eſt in divinis, 1. *q.* 33. 4. *ad* 2.

5 Eſt negatio circa determinatum ſubjectum, 1. *q.* 17. 4. *c.*

6 Contractum ſignificat aliquam naturam in ſubjecto, non autem privatio, 1. *q.* 17. 4. *c.*

7 Nulla privatio tollit totaliter eſſe, 1. *q.* 11. 2. *ad* 1.

8 * Nulla privatio eſt intenta ab aliquo agente, 1. *q.* 19. 9. *c.* & *q.* 49. 1. *c.*

Privilegium eſt privata lex, quia reſpicit ſingulares perſonas, ſed commune eſt ad multa negotia, 12. *q.* 96. 1. *ad* 1.

1 Prius dicitur dupliciter, ſcilicet ordine perfectionis, & generationis, 1. *q.* 85. 3. *ad* 1. & 12. *q.* 68. 8. *ad* 3.

2 Prius natura dicitur dupliciter, ſcilicet ſecundum cauſam materialem, & magis ſecundum alias cauſas, 22. *q.* 1. 7. *ad* 3.

3 Semper id quod eſt naturalius eſt prius, 12. *q.* 49. 2. *c.*

4 Imperfectum eſt prius tempore perfecto in eodem; ſed in diverſis eſt è converſo, & natura in utriſque, 1. *q.* 82. 3. *ad* 2. & *q.* 85. 3. *ad* 1. & *q.* 94. 3. *c.* & 12. *q.* 6. 2. 4. *c.* & 3. *q.* 1. 5. *ad* 3. & 6. *c.*

5 Prius duplex, ſcilicet per ſe, & per accidens, 22. *q.* 4. 7. *c.*

6 Semper quod eſt per ſe, eſt prius eo quod eſt per aliud, 1. *q.* 20. 1. *c.* & *q.* 84. 6. *c.*

7 Remoto priori removetur poſterius, ſequens tantum ex eo, non autem ſi ſequatur etiam ex alio, 12. *q.* 15. 2. *ad* 2.

1 Proceſsio dicitur dupliciter, ſcilicet motus proceſſivus animalium, & eductio principiati á principio; prima eſt in divinis metaphorice tantum, ſecunda vero proprie, 1. *q.* 27. 1. *o.*

2 Proceſsio duplex, ſcilicet ab extra, & ab intra: prima ſemper eſt per motum ad diverſum, & contra rationem primi principii, non autem ſecunda. Ideo ſecunda convenit Deo, non autem prima, 1. *q.* 27. 1. *o.*

3 Omnis proceſsio creaturæ eſt per motum, vel per mutationem, non autem in divinis, 1. *q.* 27. 1. *ad* 1.

4 Proceſſus rationis duplex, ſcilicet via compoſitionis, & via reſolutionis, 12. *q.* 14. 5. *o.*

5 In divinis ſunt tantum duæ proceſsiones, ſcilicet verbi & amoris, ſecundum quod Deus ſuam eſſentiam, veritatem, & bonitatem intelligit & amat, 1. *q.* 27. 3. 5. *o.* & *q.* 28. 4. *c.* & *q.* 36. 1. *c.* & *q.* 41. 6. *c.*

6 Omnia quę important reſpectum originis, abſolute dicuntur de proceſsione divina; non autem repugnantia conſubſtantialitati, coæternitati, & independentiæ, 1. *q.* 27. 2. *ad* 2.

7 Proceſsiones in divinis diſtinguuntur per relationes, & modos originis, non autem ſeipſis, nec per eſſe à natura & voluntate, 1. *q.* 27. 3. *o.*

8 Proceſsio filii eſt per naturam patris; ideo eſt coæternus, conſubſtantialis, & independens: non autem creaturę, quia procedunt per voluntatem Dei, 1. *q.* 41. 2. *c.* & *q.* 42. 2. *c.*

9 Omnia quæ pertinent ad generationem vivorum, dicuntur in proceſsione filii Dei, ut oriri, naſci, gigni, & generari, 1. *q.* 27. 2. *ad* 2.

10 Hęreſis Valentini, quod filius Dei procedit vario modo prolationis, ideſt ad extra, 1. *q.* 34. 2. *ad* 2.

1 Spiritus Sanctus procedit à Patre, & Filio, quia aliter non poſſet diſtingui á Filio, 1. *q.* 36. 2. *o.*

12 * Spiritus Sanctus procedit ab eis, inquantum ſunt plures agentes; & inquantum ſunt unum in vi ſpirativa, 1. *q.* 36. 4. *ad* 1.

13 Hæreſis Arrii, quod Spiritus Sanctus procedit à Patre & Filio, ut creatura utriuſque, 1. *q.* 27. 1. *c.*

14 Hæreſis Neſtorii & Theodorici, quod Spiritus Sanctus non procedit à Filio, 1. *q.* 36. 2. *ad* 3.

15 Spiritus Sanctus non magis procedit à Patre, quam á Filio, nec prius, nec plenius, 1. *q.* 36. 3. *ad* 2.

16 Dicitur principaliter & proprie procedere á Patre, propter auctoritatem in Patre, non autem magis proprie, 1. *quæſt.* 36. 3. *ad* 2.

17 Procedit à Patre immediate, & mediante Filio, ratione ſuppoſiti; non autem ratione virtutis mediæ, 1. *q.* 36. 3. *ad* 1.

18 Proceſsio Filii eſt per actum intellectus, ſed proceſsio Spiritus Sancti eſt per actum voluntatis, 1. *q.* 27. 2. *c.* fin. & 3. *c.* & *q.* 28. 4. *ad* 1. & *q.* 34. 2. *c.* & *q.* 45. 7. *c.*

19 Spiritus Sanctus ita naturaliter & à natura procedit à Patre, ſicut & Filius, 1. *q.* 41. 2. *ad* 2. & 6. *c.* & *q.* 42. 2. *c.*

20 Proceſsio Spiritus Sancti triplici ratione nominatur tantum proceſsio, ſcilicet ex habitudine rei amatæ ab amante, per amorem, 1. *q.* 27. 4. *ad* 3. & *q.* 28. 4. *c.* & *q.* 37. 1. *c.*

21 Emanatio, proprietas, & relatio Spiritus Sancti nominatur eodem nomine, ſcilicet ſpiratio, propter defectum nominum, 1. *q.* 36. 1. *c.* & *q.* 37. 1. *c.*

22 Proceſsio Spiritus Sancti dicitur æterna,

reſpectu objecti æterni ; ſed ut tendit in objectum creatum , cui Deus confert aliquid, dicitur temporalis , 1. q. 43. 2. o.
23 Spiritus Sanctus procedit à ſeipſo proceſsione temporali , 1. q. 43. 2. ad 3.
24 Proceſsio æterna & temporalis ſunt tantum una proceſsio ratione reſpectus ad principium quem principaliter important , ſed ſunt duæ ratione duplicis reſpectus ad objecta , 1. q. 33. 2. c. & ad 3.
1 Proclamare licet in capitulis religioſorum de levibus quæ famæ non derogant ſine admonitione ſecreta , non autem de gravi , 22. q. 33. 7. ad 4.
2 Non videtur eſſe probabile , quod ea quę ſunt in conſuetudine religioſorum , ſint contra præcepta Chriſti. Conſuetum eſt autem in religionibus quod in capitulis aliqui proclamantur de culpis nulla ſecreta admonitione præmiſſa : Sed hujuſmodi proclamationes ſunt quaſi quędam commemorationes potius oblitarum culparum , quam accuſationes vel denuntiationes , 22. q. 33. 7. ad 4.
3 Si eſſent tamen alia , de quibus frater infamaretur , contra præceptum domini ageret, qui per hunc modum proclamando , peccatum fratris publicaret , 22. q. 33. 7. ad 4.
1 Prodigalitas eſt circa paſsiones pecuniæ ſicut deficiens ; non autem ſicut ſuperabundans in eis , 22. q. 119. 1. ad 1.
2 Dicitur eſſe contra naturam , quia habet immoderatam emiſsionem rerum repugnantem naturæ , 22. q. 32. 6. ad 2.
3 Prodigus ſæpe excedit dando propter voluptates , non tamen ſemper , 22. q. 119. 1. ad 3.
4 Prodigalitas ſemper eſt peccatum , non principaliter propter quantitatem , ſed propter inordinationem dandi , quibus non debet dari , & propter quæ , & ſicut debet , 22. q. 119. 1. o. item 3. ad 1.
5 Prodigus peccat in ſe , & in proximum, præcipue clerici conſumentes bona pauperum. Similiter avarus , 22. q. 119. 3. ad 1.
6 Prodigalitas opponitur liberalitati , 22. q. 117. princ. & q. 118. princ. & q. 119. 1. 2. 3. c.
Productæ res à principio fuerunt in ſtatu perfecto , ut eſſent principia aliorum , 1. q. 94. 3. c.
1 Profitens non vovet ſervare quicquid eſt in regula , ſed vitam regularem , vel vivere ſecundum regulam , quod eſt cautius ; vel obedientiam ſecundum regulam , non obligando ſe ad culpam , ut in religione Ordinis fratrum Prędicatorum , quod eſt melius , 22. q. 186. 9. ad 1.
2 Votum ſimplex de majori religione , non obligat poſt profeſsionem in minori , 22. q. 189. 8. ad 3.
3 Profeſsio facta ante annos pubertatis, ſcilicet ante annos quatuordecim in puero, vel ante annos duodecim in puella non tenet, propter Eccleſiæ ſtatuta , 22. q. 88. 9. c. ad 3. & q. 189. 5. c. ad 1. & ad 3.
4 Nazaræi profitebantur quamdam perfectionem , deponentes comam , 22. q. 186. 6. c.
Prohibitio incitat concupiſcentiam tripliciter , ſcilicet ratione ardui , ratione clauſæ paſſionis , & ratione importunitatis , 12. q. 98. 1. ad 2.
2 Omne peccatum eſt malum , quia prohibitum eſt jure naturali ; non autem jure poſitivo , 12. q. 71. 6. ad 4.
3 Prohibitio ligni ſcientiæ boni & mali fuit propter figuram , ſcilicet propter eventum futurum ; quia poſt ejus eſum homo per experimentum pœnæ didicit quid intereſſet inter obedientiæ bonum , & inobedientiæ malum; non autem propter naturam arboris malam; 1. q. 102. 1. ad 4. & 12. q. 102. 1. ad 2.
1 Promiſsio eſt actus rationis , quia eſt enunciatio , & ordinatio alicujus , 22. q. 88. 1. c.
2 Promiſsio eſt ordinare , quid facere pro alio debeat gratum ei : Sed comminatio eſt contra alium , 22. q. 88. 1. 2. 5. c.
3 Promiſsio nuda , ideſt non habens aliquid additum ad confirmationem , non habet vim plenam obligandi Deo , nec homini , 22. q. 88. 3. ad 1.
4 Promiſſa non debent ſervari , ſi eſt illicitum quod promittitur ; vel ſi ſint mutatę conditiones perſonarum , vel negotiorum. Ad hoc ergo quod homo ſervare debeat quod promiſit , oportet ut ſit licitum , quod promittitur , & quod omnia immutata permaneant , 22. q. 110. 3. ad 5.
1 Promulgatio legis naturæ fit ex hoc quod Deus inſerit eam mentibus hominum naturaliter cuſtodiendam , 12. q. 90. ad 4.
2 Promulgatione non indigent præcepta communia legis naturę , & credere in Deum, 12. q. 100. 4. ad 1.
3 Fit verbo & ſcripto. Et utroque modo promulgatio legis æternę eſt æterna , ex parte Dei , non autem ex parte noſtra , 12. q. 91. 1. ad 2.
4 Promulgatio legis neceſſaria eſt ad hoc quod lex habeat vim obligandi, 12. q. 90. 4. o.
5 Promulgatio obligat abſentem , ſicut & præſentem , inquantum promulgatio ad eum pervenit , vel potuit pervenire per alios. Futuros autem obligat per ſcripturas , 12. q. 90. 4. ad 2. & ad 3.
1 Pronomina demonſtrativa dicuntur de Deo ſecundum quod faciunt demonſtrationem ad intellectum , non autem ad ſenſum , 1. q. 13. 1. ad 3.
2 Pronomina poſſeſsiva conjunguntur nominibus Dei , quæ ſignificant rationem principii efficientis , vel finalis , vel exemplaris; non autem nominibus Dei , quæ ſignificant per modum formæ inhærentis , 1. q. 36. 1. ad 3.
Propaſsio eſt paſsio inchoata in appetitu ſenſitivo , non ultra procedens ; ſicut in Chriſto fuit , 3. q. 15. 4. c. & 6. ad 2. item 7. ad 1.
1 Prophetia non eſt habitus , nec qualitas permanens , ſed ut paſsio tranſiens , 12. q. 68. 3. ad 3. & 22. q. 171. 2. o. & q. 174. 3. ad 2. & q. 176. 2. ad 3.
2 Non eſt gratia gratum faciens , ſed gratis data , 12. q. 68. 3. ad 3.
3 Eſt divina inſpiratio rerum , futura immobili veritate denuntians , ſecundum Caſsiodorum , 22. q. 171. 3. ad 1. & 6. c.
4 Propheta dicitur quaſi procul phans , vel procul videns , inquantum cognoſcit vel loquitur ea quæ ſunt procul à communi hominum ſenſu , cum quibus converſatur , & communicat in ſtatu viæ , 3. q. 7. 8. o.
5 Prophetia principaliter & primo conſiſtit in cognitione ; ideo dicitur à phanos. Secundario conſiſtit in locutione ; ideo dicitur à fari. Tertio conſiſtit in operatione miraculorum , ad confirmationem ejus , 22. q. 171. 1. o. & 2. c. & q. 174. 3. ad 3. & 4. c. & 3. q. 7. 8. o.
6 * De ratione prophetiæ non eſt ænigmatica cognitio , quia Moyſes fuit propheta , & tamen Deum palam , & non per ęnigmata vidit , 3. q. 7. 8. o.
7 In prophetia ſunt duo , ſcilicet repræſentatio , & judicium de viſis , quod eſt principalius , & completivum ejus ; ſine quo non eſt , 22. q. 173. 2. c. & q. 186. 2. ad 1.
8 Ad prophetiam requiritur lumen intellectuale ſupernaturale , 22. q. 171. 2. c.
9 Ad prophetiam requiritur inſpiratio quoad mentis elevationem , & revelatio quoad perceptionem divinorum , 22. q. 171. 1. ad 4.
10 Ad prophetiam requiritur maxima mentis elevatio ad contemplationem ſpiritualium, 22. q. 172. 4. c.
11 Bonitas morum quoad refrænationem paſsionum & remotionem occupationum exteriorum requiritur ad prophetiam , 22. q. 172. 4. o.
12 Diſpoſitio naturalis non requiritur ad prophetiam , quia Deus ſimul removet indiſpoſitionem, diſponit, & perficit, 22. q. 172. 3. o.
13 Prophetia poteſt haberi ſine charitate, & ſine gratia gratum faciente , 22. q. 6. 2. ad 3. & q. 172. 4. o.
14 Objectum prophetię eſt illud quod eſt in cognitione divina ſupra facultatem humanam , 22. q. 174. 2. c.
15 Prophetia eſt de omnibus ; ſed primo & principaliter eſt de futuris contingentibus ; ſecundo de exiſtentibus ſupra univerſalem cognitionem hominum ; tertio reſpectu alicujus, 22. q. 171. 3. o. & q. 172. 1. c. fin. & ad 4. & 5. c. & q. 176. 2. ad 3. & q. 178. 1. ad 1.
16 * Prophetiæ ſunt principaliter de futuris. * Sunt tamen etiam de præſentibus , quæ tamen ſunt procul à cognitione non omnium hominum , ſed quorumdam , ſed ſecundum ſenſum vel ſecundum intellectum ut Eliſæus cognovit quæ Giezi præſens fecerat. Et ſunt etiam de occultis omnibus hominibus naturaliter ; ut myſterium Trinitatis. Sunt etiam de myſterio Chriſti ſub nomine hominum , & tunc excedunt veritatem hiſtoriæ, 22. q. 171. 3. c.
17 Omnia prophetabilia ſunt non cognoſcibilia ab homine niſi per revelationem Dei. Sed quę pertinent ad ſapientiam , & ſcientiam , & interpretationem ſermonum poſſunt naturaliter cognoſci ab homine , 22. q. 171. 3. ad 2. & q. 172. 1. c. fin.
18 Prophetæ non vident omnia prophetabilia , ſed tantum ea quæ ſibi ſpecialiter revelantur , 22. q. 171. 4. o.
19 Aliqua prophetia eſt de præterito , ſicut in Geneſi. Et in aliqua ponitur præteritum pro futuro propter certitudinem prophetiæ , 22. q. 171. 3. c.
20 Prophetę non vident Deum per eſſentiam , 22. q. 171. 2. c. & 4. c. & ad 3. & q. 173. 1. o.
21 Vident in ſpeculo æternitatis , ſeu intelligentiarum , ſive in libro præſcientiæ Dei cauſaliter , non autem formaliter , 22. q. 173. 1. c. fin. & ad 1. & ad 2.
22 Habent certiſsimam & diſtinctam cognitionem de viſis per ſpiritum prophetiæ ; non autem de habitis per inſtinctum Dei , 22. q. 171. 5. o.
23 Prophetiæ nullo modo poteſt ſubeſſe falſum ; ſicut nec præſcientiæ Dei , 22. q. 171. 6. o. & q. 172. 1. c. & 5. ad 3. & 6. ad 2.
24 Propheta proprie cognoſcit ſe moveri à Deo ad aliquid æſtimandum vel ſignificandum verbo vel facto , non tamen omnia quæ per hoc intendit Deus , 22. q. 173, 4. o.
25 Prophetia ſimpliciter dicta , ideſt ſupra univerſalem cognitionem hominum , non poteſt eſſe à natura , ſed tantum ex revelatione Dei , prophetia vero ſecundum quid , ideſt de aliquibus in ſuis cauſis , poteſt eſſe à natura, ſed fallibiliter , 22. q. 172. 2. o. & 3. c.
26 Prophetia & aliæ illuminationes , & revelationes fiunt nobis á Deo mediantibus angelis , 1. q. 111. 1. o. & 22. q. 172. 2. o.
27 Aliquis ceſſante prophetica illuſtratione actuali dicitur propheta ex deputatione Dei, & ex habilitate remanente ad facilius illuſtrari , 22. q. 171. 2. ad 2.

Pro-

ut oſtenderet per ſuum adventum impleri promiſsiones antiquitus factas Judæis, non autem gentilibus; ut ejus adventus oſtenderetur eſſe à Deo; ut Judæis auferret calumniandi materiam, & quia per crucis victoriam meruit poteſtatem, & dominium ſuper gentes, 3. q. 42. 1. o.

7 Chriſtus prædicavit annis tribus, & quaſi menſibus tribus, & vixit annis triginta tribus, & menſibus tribus, 3. q. 39. 3. o. item q. 43. 3. c.

1 Quicquid prędicatur de aliquo, ſicut univerſale de particulari, poteſt ſupponere pro eo, non autem in aliis, 1. q. 39. 5. ad 4.

2 Homo prædicatur per ſe de Socrate, quia ſi Socrates defineretur, poneretur homo in ejus definitione, 1. q. 76. 1. c. 1.

3 Totum univerſale adeſt cuilibet parti ejus & ſecundum eſſe, & ſecundum perfectionem, & proprie prædicatur de parte ſua, non autem totum integrale; totum autem potentiale aliquo modo, 1. q. 77. 1. ad 1.

4 Pars ſubjectiva eſt de qua prædicatur eſſentialiter totum, ſecundum unam rationem, vel ſecundum prius, & poſterius, & eſt in minus, 22. q. 120. 2. c.

5 Totum integrale prædicatur aliquo modo de omnibus partibus ſuis ſimul ſumptis, licet improprie; ſed nullo modo de ſingulis ſimpliciter, & proprie, 1. q. 77. 1. ad 1.

6 Nulla pars integralis prædicatur de ſuo toto, 1. q. 77. 1. ad 1.

7 Nullum per accidens prædicatur univerſaliter, ſed tantum quæ per ſe prædicantur, 1. q. 51. 1. c.

8 Inferius non prædicatur de ſuperiori, niſi per accidens, 1. q. 39. 6. ad 2.

9 Subjectum non reſtringitur per prędicatum ratione ſignificationis, ſed tantum ratione temporis conſignificati, 1. q. 39. 4. ad 2.

10 * Terminus in ſubjecto poſitus tenetur materialiter, ideſt pro ſuppoſito, ſed in prædicato tenetur formaliter, ideſt pro natura, 1. q. 13. 12. c. & quæſt. 31. 5. ad 2. & 3. q. 14. 7. ad 4. & 9. c. ad 3. & 10. c. ad 1. & q. 17. 1. ad 3.

11 In divinis perſona prædicatur de eſſentia, & è converſo, 1. q. 39. 6. o.

12 Relatio ſecundum propriam rationem, ideſt ſecundum quod refertur ad aliud, prædicatur de divinis, non autem ſecundum rationem communem, ſcilicet ſecundum quod inhæret ſubjecto, 1. q. 28. 1. ad 1.

13 Hæc prædicatio, Deus eſt pater, & è converſo eſt per ſe, & nullo modo per accidens. Nec ſicut ſuperioris de inferiori, nec è converſo, ſed per identitatem, 1. q. 39. 6. ad 2.

1 Prædicator nullus debet fieri, niſi prius purgatus, & virtute perfectus, 3. quæſt. 41. 3. ad 1.

2 Prædicator debet eſſe abſolutus á cura rerum ſæcularium, 3. q. 40. 3. c.

3 Prædicator non debet ſemper eſſe in publico, ſicut nec Chriſtus, 3. q. 40. 1. ad 3.

4 Sumptus debentur prædicatoribus á mittentibus eos, 22. quæſt. 187. 4. ad 2. item 5. ad 5.

Prædicatorum Ordo habet cautiſsimam, & ſecuriſsimam formam profitendi, 22. q. 18. 9. ad 1.

1 Prælatio quælibet eſt á Deo; non autem abuſus ejus; nec ejus uſurpatio, 1. quæſt. 96. 2. ad 3.

2 Licet appetere opus, & perfectionem epiſcopatus, & pręlationis, non autem ipſa ratione gradus, vel honoris, vel divitiarum, 22. q. 185. 1. 2. o.

3 Triplex ratio recuſationis reſpectu officii prælationis quantum eſt de ſe: ſcilicet impedimentum devotę contemplationis, dulcis affectionis, & ſpiritualis exultationis, 22. q. 185. 1. ad 3. & 2. ad 1. & ad 3.

4 Non licet jurare, nec vovere, quod prælationem non ſumat, nec totaliter reſiſtere, 22. q. 185. 1. ad 3. & 2. o.

5 Prælatus exiſtens in peccato mortali, etiam occulto, corripiendo, vel quicquid aliud officii ſui faciendo, peccat mortaliter; non autem hoc agens ut frater, 22. q. 33. 5. o.

6 Ex hoc ipſo quod prælati diſsimulant, videntur annuere, 22. q. 147. 4. c. fin.

7 Prædicare ex officio convenit prælatis, religioſis autem ex commiſsione, 22. q. 187. 4. ad 2.

8 Prælatus poteſt dupliciter conſiderari, ſcilicet aut ſecundum quod judicio præſidet: & ſic dicere peccatum fratris prælato, eſt dicere Eccleſię. Aut ſecundum quod eſt extra judicium exiſtens: & ſic dicere pręlato non eſt dicere Eccleſiæ, ſed perſonæ quæ poteſt prodeſſe, & non obeſſe, quia nullus poteſt magis prodeſſe, quam prælatus, 22. q. 33. 8. ad 4.

9 Tunc prælatus inordinate videtur tangi, quando irreverenter objurgatur, vel etiam quando ei detrahitur; & hoc ſignificatur per contactum montis, & arcæ damnatum à Deo, 22. q. 33. 4. ad 1.

1 Præmium eſſentiale beatitudinis conſiſtit actu intellectus, ſed delectatio ejus in voluntate, 1. q. 26. 2. o. & 3. o. & 12. q. 3. 4. o.

2 Violenter corrupta habebit duplex præmium, ut dicit beata Lucia, ſcilicet virginitatis, & patientiæ, 22. q. 124. 4. ad 2.

3 In retributione prȩmiorum inæqualia debentur inæqualibus meritis; non autem in conſtitutione rerum, 1. q. 47. 2. ad 3. & q. 65. 2. ad 3. & 12. q. 114. 3. o.

Præpoſitivus dicens affirmativam, & negativam ſimul eſſe falſas, improbatur, 1. q. 39. 4. ad 5.

1 Præſens illud proprie dicitur cujus eſſentia præſentatur ſenſui, vel intellectui, 1. q. 8. 3. c. ad 2.

2 Præſentia neceſsitatem quandam habent, quia neceſſe eſt Socratem ſedere, dum ſedet, 22. q. 49. 6. c.

1 * Pręſervatus ab aliquo dicitur purgatus, vel liberatus, 3. q. 32. 4. ad 1. & q. 52. 2. ad 2.

1 Pręſtigium eſt divinatio per dæmones, ingerentes ſe viſui, vel auditui hominum, quia præſtingit oculos, 22. q. 95. 3. princ. & quęſt. 177. 1. ad 2.

2 Formæ apparentes in pręſtigiis ſunt tantum in ſenſu communi ab imaginativa, vel per res naturales impreſſę, 1. q. 104. 4. ad 2. & 22. q. 178. 1. ad 2.

1 Prȩſumptio aliquando ſumitur in bono, quaſi præ aliis ſumptio; aliquando in malo, 22. q. 21. 2. ad 1. & q. 70. 3. ad 2.

2 Præſumptio in malo dicit immoderantiam ſpei dupliciter, ſcilicet ſupra vires proprias, vel contra juſtitiam Dei. Prima opponitur magnanimitati, ſecunda vero eſt ſpecies blaſphemię in Spiritum Sanctum; ideo gravior eſt quam prima, 22. q. 21. 1. 4. o. & q. 130. 2. o. & q. 133. 1. c.

3 Præſumptio prima oritur ex inani gloria, ſecunda vero ex ſuperbia, 22. q. 21. 4. o.

4 Secunda oritur ex nimio amore ſui, 22. q. 21. 1. ad 2. item ad 3.

5 Secunda habet converſionem ad bonum commutabile, & averſionem à Deo, attribuendo divinę virtuti quod ei non convenit, 22. q. 21. 1. ad 3.

6 Prima opponitur magnanimitati ſecundum exceſſum, licet apparenter ſecundum defectum, inquantum eſt aliquando de minimis, quæ magna videntur, 22. q. 130. princ. item quęſt. 133. 1. c.

7 Opponitur charitati, vel potius dono timoris, 22. q. 130. 2. ad 1.

8 Præſumptio magis opponitur ſpei quam timori, quia ſpei contrariatur ratione propriæ differentiæ, timori vero ratione generis; & contrarietas ad timorem eſt apparentior, 22. quęſt. 21. 3. o.

9 Eſt contra ordinem naturalem; ideo ſemper eſt peccatum, 22. q. 130. 1. o.

10 Secunda eſt minus peccatum, quam deſperatio, 22. q. 21. 2. c.

11 Præſumptuoſus pęccat, non æſtimando nimis miſericordiam Dei, ſed contemnendo juſtitiam ejus, 22. q. 21. 2. c. ad 2. & q. 130. 2. ad 1. & q. 163. 4. ad 3.

12 Peccare cum propoſito perſeverandi in peccato, ſub ſpe veniæ, dicitur pręſumptio; non autem ſi fit cum propoſito pœnitendi, ſed alleviatur, 22. q. 21. 2. ad 3.

13 Aggredi opus ultra vires, ex confidentia ad vires humanas, eſt præſumptio; non autem ſi fiat in ſpe divini auxilii, 22. quæſt. 21. 2. ad 1.

14 De quolibet debet præſumi bonum, niſi appareat contrarium, nec ſit in periculum alterius, 22. q. 70. 3. ad 2.

Omne præteritum eſt neceſſarium, 22. q. 49. 6. c.

1 Prævaricator eſt, qui malitioſe impediens punitionem peccati, adverſam partem adjuvat, prodita cauſa ſui, 22. q. 68. 3. o. fin.

2 Differentia prævaricationis á calumnia, & tergiverſatione, 22. q. 68. 3. o.

3 Non omnis abſcondens vera crimina prævaricatur, ſed tantum qui fraudulenter abſcondit ea, de quibus accuſationem proponit, colludens cum reo, proprias probationes diſsimulando, & falſas excuſationes admittendo, 22. q. 68. 3. ad 2.

1 Primitiæ erant de præcepto cæremoniali quoad determinationem, in communi vero de jure naturali, nunc autem de præcepto Eccleſiæ, ſecundum conſuetudinem patriæ, 22. q. 86. 4. o.

2 Quantitas primitiarum non fuit determinata in lege, quia erant per modum oblationis, de cujus ratione eſt eſſe voluntarium; & ſecundum Hieronymum, aliqui dabant quadrageſimam partem, alii ſexageſimam, ſed nunc ſtatur conſuetudini patrię, 22. q. 86. 4. ad 3.

3 Primitiæ pertinent ad quoddam genus oblationum, in uſum ſacerdotum, & recognitionem beneficii Dei, ſcilicet fructuum terræ, & debet eſſe aliquid præcipuum de fructibus terrę, 22. q. 86. 4. c.

4 Sunt ſigna præteriti beneficii Dei, ſc. terrę promiſſæ Iſrael, & totius terrę toti humano generi, & fructuum, ſed cæremonialia propria erant ſigna futuri, 22. quæſt. 86. 4. ad 1. & ad 2.

1 Primogenitus dicitur primo natus, licet nullus poſt eum ſit. Chriſtus eſt primogenitus Mariæ, 3. q. 28. 3. ad 4.

2 Omnes primogeniti erant ſacerdotes in veteri teſtamento, & habebant duplicem portionem in hęreditate paterna, 12. q. 103. 1. ad 3. & 22. q. 87. 1. ad 2.

2 Primum dicitur dupliciter, ſcilicet primum ſimpliciter, & primum in genere, 22. q. 6. 1. ad 1.

2 Primum in per ſe ordinatis, oportet eſſe maximum, non autem primum per accidens, 22. q. 163. 3. ad 3.

1 Ad bonum principem requiritur quod ſit virtuoſus ſimpliciter; non autem ad bonum civem, 12. q. 92. 1. ad 3.

2 Ad bonum virum pertinet poſſe participari, & bene ſubjici: Ideo in virtute boni viri includitur virtus principis. Sed virtus principis differt ſpecies á virtute ſubditi, ſicut

9 Modus contingentiæ & neceſsitatis cadit ſub proviſione Dei, & non ſub proviſione creaturæ, 1. *q.* 22. 4. *ad* 3.

10 Sicut ad providentiam pertinet proſpicere per ſe conveniens fini, ſic ad circumſpectionem, an ſit conveniens fini, ſecundum circumſtantias, 22. 49. 8. *ad* 3.

11 Ars Dei dicitur reſpectu productionis rerum; diſpoſitio autem reſpectu rerum inter ſe, ſed providentia reſpectu ordinis in finem, 1. *q.* 22. 1. *c. fin.*

12 Providentia Dei ſe extendit ad neceſſaria, non autem providentia hominis, 1. *q.* 22. 2. *ad* 3. & 4. *ad* 3. & *q.* 103. 1. *ad* 2. & 12. *q.* 93. 4. *o.* & 22. *q.* 49. 6. *c.*

13 Aliquid ſubeſt providentiæ Dei dupliciter, ſcilicet propter ſe, & propter aliud, primo modo ſubſunt ſola perpetua, ſecundo autem modo individua corruptibilia, 1. *q.* 103. 5. *ad* 2.

14. Bonum & malum ſubjacent divinę providentiæ, ut pręſcita & ordinata, ſed bonum ut intentum, non autem malum, 1. *q.* 22. 2. *ad* 2.

15 Omnia ſubjacent divinæ providentiæ, ſed diverſimode, 1. *q.* 8. 3. *c.* & *q.* 22. 2. 3. *o.* & *q.* 13. 1. *c.* & *q.* 104. 5. *o.* & *q.* 113. 6. *c.* & 12. *q.* 91. 2. *c.* & *q.* 93. 1. 5. *c.*

16 Providentia Dei non eſt reſpectu ſui, quicquid eſt in eo, eſt finis, & non ad finem, 1. *q.* 22. 2. *c. fin.* & 12. *q.* 93. 4. *o.*

17. Providentia Dei eſt omnium ſingularium etiam contingentium, 1. *q.* 22. 2. *o.* & *q.* 103. 5. *o.*

18 Rationalis creatura ſpeciali modo ſubeſt divinę providentię, 1. *q.* 22. 2. *ad* 4. & *ad* 5. & *q.* 103. 5. *ad* 2. & *q.* 113. 2. *c.* & *q.* 116. 1. *c.* & 12. *q.* 91. 2. *c.* & 22. *q.* 83. 2. *c.*

19 Electiones humanæ ſubſunt divinæ providentiæ propter ſe; ita ut etiam ſint proviſores, * propter liberum arbitrium; ſic tamen ut providentia hominis ſit ſub providentia Dei, tamquam cauſa particularis ſub univerſali, 1. *q.* 22. 2. *ad* 4.

20 Omnes motus, & actiones & corruptiones ſubjacent divinæ providentiæ, 1. *q.* 22. 2. *ad* 2. & *q.* 103. 5. *ad* 1. item 12. *q.* 93. 1. 5. *c.*

21 Providentia proprie non eſt in ſpeculativis, ſed tantum in practicis, 22. *q.* 49. 6. *ad* 2.

22 Boni ſubſunt divinæ providentię propter ſe, mali vero propter alios tantum, ut bruta, 1. *quæſt.* 22. 2. *ad* 4. & *quæſt.* 23. 7. *c.*

23 Bruta ſubduntur divinæ providentiæ per ſe, & in ſingulari, ſed propter aliud tantum, & actus eorum, 1. *q.* 22. 2. *ad* 5. & *q.* 103. 5. *ad* 2. & 12. *q.* 93. 5. *c.*

24 Providentia Dei eſt ęterna, ſed gubernatio eſt temporalis, 1. *q.* 22. 1. *ad* 2.

25 Providentia eſt tantum in intellectu, licet præſupponat voluntatem finis; ſed gubernatio paſsiva eſt in gubernatis; activa vero in gubernante, 1. *q.* 22. 1. *ad* 3. & *q.* 23. 2. 4. *c.*

26 Certitudo Providentię Dei non deficit á ſuo effectu, neque à modo eveniendi, quem providit, 1. *q.* 22. 4. *ad* 3.

27 Deus providet omnibus immediate quoad rationem ordinis; ſed mediate quoad executionem ejus, quæ dicitur gubernatio, 1. *q.* 22. 3. *o.* & *q.* 103. 6. *o.* & *q.* 116. 2. *c.*

28 Providentia divina gubernat creaturas ſpirituales inferiores per ſuperiores, 1. *q.* 110. 1. *c.*

29 Et creaturas corporales per ſpirituales, 1. *q.* 22. 3. *c.* & *q.* 63. 7. *c.* & *q.* 102. 2. *ad* 1. & *q.* 103. 6. *o.* & *q.* 110. *o.* & *q.* 112. 1. *c.* & *q.* 113. 1. *c.*

30 * Et corpora inferiora per corpora ſuperiora, 1. *q.* 113. 1. *c.* & *q.* 115. 3. *o.*

31 * Deus gubernat mundum bonitate, quia eſt principium providentiæ ut finis: * ſic tamen ut libere moveat hominem per liber. arbitr. invitando ad bonum per præmium, retrahendo à malo per timorem pœnarum, 1. *q.* 103. 1. 5. *c. ad* 2.

32 Finis gubernationis rerum à providentia Dei eſt aliquid extra totum univerſum, ſcilicet ipſe Deus, 1. *q.* 103. 2. *o.* & 3. 4. *c.*

33 Effectus gubernationis à providentia Dei eſt unus ex parte finis; ſed ex parte mediorum ſunt duo in generali, ſcilicet conſervatio & motio in finem; in particulari vero ſunt innumerabiles nobis, 1. *q.* 103. 4. *o.*

34 Nihil poteſt contingere præter ordinem gubernationis providentiæ Dei univerſaliter, ſed tantum reſpectu alicujus cauſæ particularis, 1. *q.* 22. 2. *ad* 1. & *q.* 103. 7. *o.*

35 Nihil poteſt niti contra univerſalem gubernationem divinæ providentiæ, ſed tantum contra aliquod particulare, 1. *q.* 103. 8. *o.*

36 Ad providentiam Dei non pertinet ſubtrahere defectus, corruptiones, & mala á rebus; 1. *q.* 22, 2. *ad* 2. & *q.* 23. 3. *c.* & *q.* 48. 2. *c. ad* 3. & 22. *q.* 10. 11. *c.*

37 Providentia Dei non excludit à rebus contingentiam, nec caſum, nec fortunam, nec liberum arbitrium, 1. *q.* 19. 8. *o.* & *q.* 22. 2. *ad* 1. & 4. *o.* & *q.* 23. 1. *ad* 1. & 3. *ad* 3. & 6. *c.* & *q.* 103. 7. *ad* 2. item *ad* 3, item 12. *q.* 10. 4. *o.* item 22. *q.* 83. 2. *c.* & *q.* 171. 9. *ad* 1.

38 Ad divinam providentiam pertinet, quod permittat hominem tentari, & peccare, 1. *q.* 23. 3. *o.* & 22. *q.* 165. 1. *o.*

39 Immobilitas divinæ providentiæ non excludit utilitatem orationis, 1. *q.* 23. 8. *o.* & 22. *q.* 83. 2. *c.*

1 Pru-

1 Prudentiæ nomen ſumitur à providentia, ſicut à principaliori ejus parte; quia omnia requiſita ad prudentiam neceſſaria ſunt, ut aliquid ordinetur in finem, 22. *q.* 49. 6. *ad* 1.

2 Nomen prudentiæ ſumitur à providendo, quod etiam ad mala extendi poteſt: & ideo licet prudentia ſimpliciter dicta in bono accipiatur, aliquo tamen addito poteſt accipi in malo, 22. *q.* 55. 1. *ad* 1.

3 Prudens dicitur quaſi porro videns, ideſt procul videns, 22. *q.* 47. 1. *c.*

4 Prudentia ſimpliciter dicta eſt virtus non improprie, ſicut virtutes intellectuales, ſed proprie, 12. *q.* 57. 5. *ad* 3. & *q.* 61. 1. *c.* & 22. *q.* 47. 4. *o.* & *q.* 55. 1. *ad* 1.

5 Eſt generalis regula & perfectio virtutum moralium, dans eis modum & formam, 22. *q.* 166. 2. *ad* 1.

6 Eſt virtus generalis cauſaliter, non autem eſſentialiter, 22. *q.* 53. 2. *c.*

7 Eſt virtus ſpecialis propter ſpecialem rationem formalis objecti, 22. *q.* 47. 5. *o.* & *q.* 53. 2. *c.*

8 Eſt virtus intellectualis ſecundum eſſentiam, ſed moralis ſecundum materiam, 12. *q.* 58. 3. *ad* 1. item *q.* 61. 1. *c.* item 22. *q.* 181. 2. *ad* 3.

9 Eſt amor quia ab eo movetur ad actum, non autem eſſentialiter, 22. *q.* 47. 1. *ad* 1.

10 Prudens ſecundum quid eſt qui bene ratiocinatur ad aliquem finem; ſimpliciter autem qui ad totam vitam, 12. *q.* 57. 4. *ad* 3. & 22. *q.* 47. 2. *ad* 1. & *q.* 55. 1. 2. 5. *c.*

11 Prudentia eſt in intellectu ſubjective, 1. *q.* 22. 1. *ad* 3. & 12. *q.* 56. 2. *ad* 3. & 3. *c.* & *q.* 61. 2. *c.* & *q.* 66. 1. *c.* & *q.* 85. 3. *c.* & 22. *q.* 47. 1. *o.* & 3. *ad* 3. & *q.* 5. 6. *c.* & 10. *ad* 3.

12 Non eſt tantum in intellectu, ſicut ſcientia & ars, ſed habet aliquid in appetitu, ſcilicet rectitudinem, 1. *q.* 22. 1. *ad* 3. & 12. *q.* 56. 2. *ad* 3. item 3. *c. fin.* & *q.* 57. 4. *c.* & 22. *q.* 47. 1. *ad* 2. & 13. *ad* 2. item 16. *ad* 2.

13 Eſt tantum in ratione practica ſubjective, 12. *q.* 57. 3. *c.* & 22. *q.* 47. 2. *c.*

14 Prudentia & ars ſunt in opinativa parte animæ, & circa objectum contingens aliter ſe habere, 12. *q.* 57. 4. *ad* 2. & 5. *ad* 3.

15 Prudentia non conſiſtit in ſenſu exteriori, ſed in ſenſu interiori, non principaliter, ſed per applicationem ad opus, 22. *q.* 47. 3. *ad* 3. & *q.* 49. 1. *ad* 1. & 2. *ad* 3.

16 Prudentia eſt in Deo reſpectu aliorum, non autem reſpectu ſui, 1. *q.* 22. 1. *c. ad* 1.

17 Chriſtus habuit plenitudinem prudentiæ ſecundum donum conſilii, 3. *q.* 11. 1. *ad* 1.

18 Prudentia infuſa eſt in omnibus exiſtentibus in gratia, ſed prudentia acquiſita non eſt in juvenibus, 22. *q.* 47. 14. *c.* item *q.* 51. 1. *ad* 3.

19 Nullus ſufficit ſibi quoad omnia in iis quæ ſunt prudentię; ideo etiam majores oportet in iis eſſe dociles, 22. *q.* 49. 5. *ad* 3.

20 Prudentia non eſt in ſervis & ſubditis inquantum hujuſmodi, ſed inquantum convenit eis regere ſe per rationem, 22. *q.* 47. 12. *o.* & *q.* 49. 3. *ad* 3. & *q.* 50. *c.*

21 Proprie non eſt in peccatoribus, ſed tantum quædam falſa ſimilitudo ejus, 22. *q.* 47. 13. *o.* & *q.* 50. 3. *ad* 2. & *q.* 51. 1. *ad* 3.

22 Non convenit brutis, niſi metaphorice, ſcilicet inquantum inſtinctu naturali aguntur ſagaciter, 1. *q.* 22. 1. *c. ad* 4. & *q.* 55. 3. *ad* 3. & *q.* 95. 1. *c. ad* 4. & 12. *q.* 3, 6. *c.* & *q.* 13. 3. *ad* 3. item 22. *q.* 47, 15. *ad* 3.

23 Agibile ut objectum rationis, ideſt ſub ratione veri, eſt materia prudentiæ; ſed ut objectum appetitus, ideſt ſub ratione boni, eſt materia aliarum virtutum, 22. *q.* 47. 5. *c. ad* 3.

24 Prudentia non eſt circa altiſsimam cauſam ſimpliciter, ſed circa bonum humanum, 22. *q.* 47. 2. *ad* 1.

25 Proprie non eſt de fine, ſed de iis quæ ſunt ad finem, 22. *q.* 33. 1. *ad* 2. & *q.* 47. 1. *ad* 2. & 6. *c.* item 15. *c. fin.* & *q.* 49. 6. *c.* & *q.* 56. 1. *ad* 5.

26 Se habet ad bonum privatum, & ad bonum commune, ideſt, extendit ſe ad regimen ſui, & multitudinis, 1. *q.* 22. 1. *c.* & 22. *q.* 47. 10. *o.* & *q.* 49. 3. *ad* 3.

27 Non ſolum conſiderat univerſalia, ſed etiam ſingularia, 22. *q.* 47. 3, *o.* & 15. *c.* & *q.* 49. 2. *ad* 1. & 5. *ad* 2. & 7. *c.*

28 Futura contingentia, ordinabilia per hominem ad finem humanæ vitæ, proprie pertinent ad prudentiam, non autem neceſſaria, nec præterita, nec præſentia, 22. *q.* 49. 6. *c.*

29 Actus prudentiæ eſt aliqua ordinate diſponere ad finem, 1. *q.* 22. 1. *c.* & 22. *q.* 49. 6. *o.* & 7. *c.*

30 Prudentia carnis eſt peccatum quia ponit finem in bonis carnis; & eſt mortale, ſi ſit ibi ultimus finis, aliter eſt veniale, 22. *q.* 53. 1. 2. *o.*

31 Quędam vitia manifeſte contrariantur prudentiæ ex defectu ejus, vel eorum quæ ad eam requiruntur, ut imprudentia, præcipitatio, ſeu temeritas,, inconſideratio, & inconſtantia: aliqua vero ſecundum falſam ſimilitudinem, & abuſum requiſitorum ad prudentiam, ut aſtutia, prudentia carnis, dolus, fraus, ſolicitudo temporalium, & futurorum, 22. *q.* 21. 3. *c.* & *q.* 53. *pr.* & 1. *c.* & 53. *pr.* & 3. 7. *c.*

32 Peccatum habens ſimilitudinem prudentiæ eſt contra prudentiam dupliciter, ſc. ordinando ſtudium rationis ad finem non vere bonum, ſed apparentem, ut prudentia carnis; vel utendo non veris viis, ſed ſimulatis, ut aſtutia, 22. *q.* 55. 3. *c.*

33 Actus prudentiæ miſcetur actibus om-

nium

nium aliarum virtutum, quia ex ea rectitudinem electionis participant; ideo ab ea dependent, 22. q. 47. 5. ad 2. & q. 53. 2. c. & q. 55. 2. ad 3.

34 Opus prudentis eſt eſſe bene conſiliativum, 22. q. 49. 5. c.

35 Actus rationis practicæ & prudentiæ triplex, ſcilicet conſiliari, judicare, & præcipere, qui eſt principalis actus prudentiæ, 1. q. 22. 1. ad 1. & ad 3. q. 23. 4. c. & 12. q. 57. 6. c. & q. 58. 5. ad 3. & q. 61. 3. c. & q. 65. 1. c. & 22. q. 47. 8. o. & 9. c. ad 1. & 10. 16. c. & 12. ad 3. & 3. c. & q. 48. c. & q. 51. o. & q. 53. 2. c. ad 1.

36 Per prudentiam aliquis præcipit aliis & ſibi, 22. q. 47. 12. ad 2. & q. 49. 3. ad 3. & q. 50. 2. ad 3.

37 Conſiliari non eſt immediatus actus prudentiæ, ſed mediante ubulia, 1. q. 22. 1. ad 1. & 12. q. 57. 6. ad 1. & 22. q. 51. 2. o.

38 Laus prudentiæ non conſiſtit in ſola conſideratione, ſed in applicatione ad opus, 22. q. 47. 1. ad 3. & 3. 4. c. & 16. c. ad 3.

39 Prudentia corrumpi poteſt per paſsiones; non autem per oblivionem, licet per eam impediri poſsit, 12. q. 53. 1. c. & 22. q. 47. 16. o.

40 Triplex eſt, ſcilicet falſa, imperfecta, & perfecta; prima eſt ad malum; ſecunda ad finem particularem; tertia ad verum & ultimum finem, 22. q. 47. 13. c. & q. 55. 1. 2. o. & 3. ad 1. & q. 49. 1. ad 2.

41 Species prudentiæ tres, ſecundum tres fines, * ſcilicet prudentia ſimpliciter dicta, quę ordinatur ad bonum proprium, quæ à quibuſdam dicitur monaſtica, quaſi unius tantum gubernatio; alia autem eſt œconomica, quæ ordinatur ad bonum commune domus, vel familiæ; tertia Politica, quæ ordinatur ad bonum commune civitatis vel regni, 12. q. 67. 6. ad 4. & 22. q. 47. 11. o. & q. 48. 1. c. ad 2. & q. 53. 2. c.

42 Species prudentiæ quinque, ſcilicet monaſtica, œconomica, politica, militaris, & regnativa, 22. q. 48. c. ad 2. & q. 50. o. & q. 53. 2. c.

43 Partes integrales ejus ſunt octo, ſcilicet memoria, ratio, intellectus, docilitas, euſtochia, ideſt, ſolertia, providentia, circumſpectio, & cautio, 12. q. 56. 5. ad 3. & q. 57. 6. ad 4. & 22. q. 48. o. & q. 49. o. & q. 53. 2. c.

44 Partes ejus potentiales ſunt tres, ſcilicet Eubulia, ſyneſis, & gnome, 3. q. 22. 1. ad 1. & 12. q. 57. 6. o. & 22. q. 49. c. fin. & q. 51. o. & q. 53. 2. c.

45 Providentia eſt completiva formalis & principalis pars prudentiæ, aliæ vero quaſi materiales ad ipſam reducuntur, 1. q. 22. 1. c. & 22. q. 49. 6. o.

46 Phyſica, dialectica, rhetorica, & politica ſunt partes prudentiæ large dictæ & etiam propriæ, & continentur ſub prudentia quoad uſum & exercitium, non autem quoad objectum, 22. q. 48. c.

47 Prudentia eſt principalis in virtutibus moralibus, & directiva omnium; charitas vero ut imperans & conjungens fini, 3. q. 85. 3. ad 4.

48 Idem eſt medium prudentiæ ut regulantis & menſurantis, & virtutis moralis ut regulatæ & menſuratæ, ſcilicet rectitudo rationis, 12. q. 64. 3. c.

49 In omnibus moralibus eſt eadem virtus dirigens, ſcilicet prudentia, quia eadem eſt ratio veri in eis, non autem eadem ratio boni. Ideo non eſt eadem virtus appetitiva, 12. q. 60. 1. ad 1.

50 Nulla virtus moralis poteſt eſſe ſine prudentia, 12. q. 57. 5. o. & q. 58. 4. o. & q. 65. 1. o. & 2. c. & 4. c. ad 1. & q. 68. 5. c. & q. 73. 1. ad 2. & 22. q. 47. 4. c. & q. 51. 2. c. & q. 141. 1. ad 2.

51 Prudentia ultra virtutes morales eſt maxime neceſſaria ad bene vivendum, 12. q. 57. 5. o. & 22. q. 51. 3. ad 3.

52 Non poteſt eſſe in aliquo ſine virtutibus moralibus, 1. q. 22. 1. ad 3. & 12. q. 56. 4. c. & q. 58. 5. o. & q. 65. 1. 2. c. & q. 73. 1. c. ad 2.

53 Eſt nobilior cæteris virtutibus moralibus, 12. q. 61. 2. ad 1. & q. 66. 1. c. & 2. o. & 22. q. 23. 6. c. & q. 47. 6. ad 3. & q. 56. 1. ad 1. & q. 123. 12. o. & q. 141. 8. o.

54 Eſt intentiva medii in virtutibus moralibus, 12. q. 66. 3. ad 3. & 22. q. 47. 7. o.

55 Sicut omnis virtus moralis relata ad bonum commune dicitur legalis juſtitia, ſic prudentia relata ad bonum commune dicitur politica, 22. q. 47. 10. ad 1. & 11. c. ad 1. & q. 50. 2. ad 3. & q. 58. 6. c. ad 3.

56 Prudentia dirigit virtutes præſtituendo finem, & eligendo ea quæ ſunt ad finem, 12. q. 66. 3. ad 2.

57 Inclinatio in finem rectum eſt electio, & actus virtutum moralium. Sed diſcretio eorum quibus hoc bonum rationis conſequi poſſumus in operationibus & paſsionibus, eſt actus prudentiæ, 22. q. 47. 1. ad 2.

58 Experimentum prudentiæ non acquiritur ex ſola memoria, ſed ex exercitio recte præcipiendi, 22. q. 47. 16. ad 2.

59 Ratio naturalis pręſtituit finem virtutibus moralibus, non autem prudentia, ſed diſponit de iis quæ ſunt ad finem, 1. q. 22. 1. ad 1. & 22. q. 47. 6. o. & 7. c.

60 Prudentia hominis non eſt omnino certa, propter variabilitatem ſingularium, ſed eſt ut in pluribus, 22. q. 47. 3. ad 2. & 9. ad 2. & q. 49. 1. c. & 5. ad 2. & q. 51. 3. ad 2.

61 Cum per prudentiam aliquid recte agimus, ad finem alicujus virtutis moralis, ille actus eſt principaliter illius virtutis, 22. q. 33. 1. ad 2.

62 Quælibet virtus moralis participat actus prudentiæ, quia formaliter complet in eis rationem virtutis, 12. q. 58. 2. c.

63 Prudentia præſupponit virtutes morales, per quas appetitus ſe habet ad bonum, 1. q. 22. 1. ad 3.

64 Ponitur in definitione virtutum moralium, quia dependent ab ea, 22. q. 23. 4. ad 1. & q. 47. 5. ad 1. & q. 50. 1. ad 1.

65 Omnia quæ ſunt virtutum moralium, pertinent ad prudentiam, ſicut ad diligentem, 22. q. 50. 1. ad 1.

66 Electio poteſt attribui prudentiæ conſequenter, inquantum eam dirigit per conſilium, quod magis proprie pertinet ad prudentiam, 22. q. 47. 1. ad 2. & 2. c.

67 Prudentia adjuvat omnes virtutes, & in omnibus operatur, 22. q. 47. 5. ad 2. & 6. ad 3. & q. 119. 3. ad 3.

68 Prudentia, & ſyneſis pręferuntur eubuliæ, 12. q. 68. 7. c. & 22. quæſt. 51. 2. c. ad 2.

69 Majoris prudentiæ eſt pecunias utiliter expendere, quam eas utiliter conſervare vel cuſtodire, quia plura ſunt attendenda circa uſum pecuniæ, qui aſsimilatur motui, quam circa conſervationem quæ aſsimilatur quieti, 22. q. 117. 4. ad 1.

70 Prudentia non eſt in nobis à natura, niſi quoad principia ejus, quæ ſunt nobis magis connaturalia, quam prima principia ſpeculationis, 22. q. 47. 15. o. & q. 49. 1. ad 2. & 2. ad 1. & 3. ad 2.

71 Ratio prudentiæ procedit á duplici intellectu, ſcilicet primorum principiorum univerſalium, & alicujus ſingularis, ſcilicet finis particularis, 22. q. 49. 2. ad 1. item ad 3.

72 In iis quæ pertinent ad prudentiam homo maxime indiget erudiri præcipue à ſenibus prudentibus, 22. q. 49. 3. c.

73 Prudentia infuſſa reſtituitur per pœnitentiam, non autem acquiſita, ſed tollitur actus contrarius, in quo proprie conſiſtit peccatum imprudentiæ, 22. q. 53. 1. ad 3.

Pſalmi omnia opera Dei, omnes hiſtoriæ veteris teſtamenti, & omnia quæ ad fidem incarnationis Chriſti pertinent, ſic lucide tangunt, ſicut evangelium, 3. q. 83. 4. c. princ.

1 Pudicitia dicitur à pudore. Et eſt præcipue circa ſigna venereorum. Caſtitas vero circa venerea, 22. q. 14. 3. c. & q. 151. 4. o.

2 Ordinatur ad caſtitatem non quaſi virtus ab ea diſtincta, ſed ſicut exprimens circumſtantiam ejus, tamen aliquando unum pro alio ponitur, 22. q. 151. 4. c.

1 Pueri impediuntur in uſu membrorum & rationis propter nimiam humiditatem cerebri. Unde pueri de novo loqui incipientes appellant omnes viros patres, & fœminas matres, poſterius autem determinant unumquodque, ſecundum Philoſophum, 1. q. 99. 1. o. & q. 101. 2. o.

2 Probabile eſt quod ante circumciſsionem parentes fideles pro parvulis ſuis in periculis conſtitutis, aliquas preces Deo funderent, vel benedictionem eis darent, ſicut etiam adulti pro ſe, 3. q. 70. 2. ad 2.

3 Pueri non habuiſſent ſufficientem virtutem in ſtatu innocentiæ ad omnem motum, 1. q. 99. 1. o.

4 Et habuiſſent infirmitatem, quoad perfectum uſum membrorum, non autem pœnalem, 1. q. 99. 1. ad 1.

5 Nec habuiſſent ſcientiam, ſed ſine difficultate acquiſiviſſent, inveniendo, vel diſcendo ab aliis, 1. q. 101. 1. o.

6 Nec ignorantiam, ſed ſimplicem neſcientiam, 1. q. 101. 1. ad 2.

7 Nec perfectum uſum rationis, ſeu uſum liberi arbitrii habuiſſent, ſed tamen perfectiorem quam nunc, 1. q. 101. 2. o.

8 Habuiſſent tamen prudentiam, & principia univerſalia juris naturalis, & alia principia univerſalia multo magis quam nunc, 1. q. 101. 1. ad 3.

9 Et habuiſſent defectus conſequentes naturam humanam ex principio originis, non autem ex parte termini, 1. q. 99. 1. ad 3.

10 Tunc omnes poſtea generaſſent, & non tantum primi parentes, 1. q. 99. 1. ad 3.

11 Tunc natæ fuiſſent fœminę, & non ſoli maſculi, 1. q. 99. 2. o.

1 Pulchritudo requirit tria, ſcilicet integritatem, proportionem debitam, & claritatem, 1. q. 39. 8. c. & 22. q. 145. 2. c. & q. 180. 2. ad 3.

2 Pulchrum habet rationem cauſæ formalis, bonum autem cauſæ finalis, 1. q. 5. 4. ad 1.

3 Pulchrum eſt cujus apprehenſio placet, bonum vero quod placet. Ideo ſunt idem re, & differunt ratione, 1. q. 5. 4. ad 1. & 12. q. 27. 1. ad 3. & 22. q. 145. 2. ad 1.

4 Pulchrum præcipue pertinet ad viſum & auditum, quia ſunt maxime cognoſcitivi, non autem ad alios ſenſus, 12. q. 27. 1. ad 3.

5 Senſus delectantur in pulchris, quia ſunt eis ſimiles, ſcilicet in proportione debita, 1. q. 5. 4. ad 1.

6 Pulchritudo & decor virtutis hominis ex ratione eſt, 22. q. 116. 2. ad 2. & q. 142. 2. 4. c. & q. 145. 2. c. & q. 180. 2. ad 3.

7 Pulchritudo eſt in vita contemplativa per ſe, & eſſentialiter, in virtutibus vero moralibus participative, 22. q. 180. 2. ad 3.

1 Punctus non ponitur in definitione lineæ in communi, ſed tantum finite & recte, 1. q. 85. 8. ad 2.

1 Punitio inquantum pertinet ad juſtitiam publicam eſt actus juſtitiæ commutativę, vindicativæ vero inquantum pertinet ad im-

immunitatem perſonæ ſingularis, 22. q. 80. *ad* 1. & q. 108. 2. *ad* 1.

2 Deus punit malos per bonos & malos angelos, bonos autem per malos tantum, 22. q. 164. 1. *ad* 4.

1 Purgatio duplex, ſcilicet per gratiam à culpa, & per lumen doctrinæ à neſcientia, 3. q. 27. 3. *ad* 3.

2 Figura & ratio litteralis omnis immunditiæ, & purgationis in lege veteri, 12. q. 102. 5. *ad* 4. & *ad* 5. & 6. & *ad* 7. & 6. *ad* 1. & q. 103. 2. *o.*

1 Puſillanimitas poteſt tripliciter conſiderari, ſcilicet ſecundum ſe, ex cauſa ejus, ſcicilicet ignorantia, timore, pigritia, & ira, & effectu ejus, ſcilicet ſubtrahendo ſe; primo modo oponitur directe magnanimitati; ſecundo ſolicitudini; tertio ſimiliter, 22. q. 133. 2. *o.*

2 Puſillanimitas ſecundum defectum opponitur humilitati, inquantum applicat animum ad vilius quàm decet, ſed directius opponitur magnanimitati, quia fugit magna, 22. q. 162. 1. *ad* 3.

3 Puſillanimitas eſt contraria magnanimitati ſecundum defectum, præſumptio autem ſecundum exceſſum. Ideo utraque eſt peccatum, 22. q. 130. princ. & q. 133. *o.* & q. 162. 1. *ad* 3.

4 Eſt peccatum mortale, & quandoque veniale, 22. q. 113. 1. *ad* 2.

5 Secundum ſpeciem propriam eſt gravius peccatum præſumptione, quæ dicitur nequiſſima, ratione ſuæ cauſæ, ſcilicet ſuperbię, 22. q. 133. 2. *ad* 4.

6 Oritur ex ſuperbia, quia nimis innititur ſenſui proprio, 22. q. 133. 1. *ad* 3.

7 Puſillanimus eſt, qui recuſat exequi operationem ſibi proportionatam, 22. q. 133. 1. *c.*

Putrefactio cujuſcumque corporis provenit ex infirmitate naturę ejus, non potentis amplius corpus continere in unum, 3. q. 51. 3. *c.*

1 Pythones ſunt arrepti, dicti à Pythone, ideſt Apolline, auctore divinationis, 22. q. 95 3. *c.*

1 Samuel (ſecundum Auguſtinum) vere apparuit pytoniſſæ, diſpenſatione Dei; vel diabolus in ſimilitudine ejus, 1. q. 89. 8. *ad* 2. & 22. q. 95. 4. *ad* 2. & q. 174. 5. *ad* 4.

Q

1 QUalitas proprie importat modum, ideſt determinationem ſubſtantiæ, vel ſecundum quod potentia materiæ determinatur ad eſſe ſubſtantiale; & ſic eſt differentia ſubſtantiæ: Vel ad eſſe accidentale; & ſic eſt differentia accidentalis, & prædicamentum qualitatis, 12. q. 49. 2. *c.*

2 Qualitas animæ vel corporis duplex, ſcilicet naturalis & ſuperveniens, 1. q. 83. 1. *ad* 5. & 12. q. 17. 7. *ad* 2. & q. 49. 2. *c.*

3 Diſtinctio & ordo ſpecierum qualitatis, 12. q. 49. 2. *c.* & q. 50. 1. *ad* 3.

4 In prima ſpecie qualitatis dicitur bene vel male, facile & difficile, quia eſt modus determinatus ſubjecti ſecundum naturam, quę eſt finis generationis, 12. q. 49. 2. *c. ad* 1. & 3. *ad* 3. & q. 50. 1. *ad* 3. & 2. *ad* 2.

5 In ſecunda & tertia ſpecie qualitatis dicitur facile vel difficile fieri, cito tranſiens vel diuturnum, non autem bene vel male; quia motus & paſsiones non habent rationem finis, 12. q. 49. 2. *c.*

6 Secunda & tertia ſpecies qualitatis dicunt modum & determinationem ſubjecti ſecundum actiones & paſsiones naturales, vel ſenſuales, 12. q. 49. 2. *c.* & q. 102. *ad* 3.

7. In tertia ſpecie qualitatis eſt tantum paſſio & paſsibilis qualitas, 3. q. 63. 2. *ad* 2.

8 Quarta ſpecies qualitatis eſt modus vel determinatio ſubjecti ſecundum quantitatem, quæ ſecundum ſui rationem eſt ſine motu, & ſine ratione boni, vel mali. Ideo in ea non eſt bene vel male, cito vel tarde tranſiens, 12. q. 49. 2. *c.*

1 Quantitas eſt prima poſt ſubſtantiam, 12. q. 52. 1. *c.* & 3. q. 77. 2. *c.*

2 Error antiquorum, ſcilicet quod quantitas eſt ſubſtantia, 3. q. 77. 2. *c.*

3 Quantitas & qualitas ſunt prima accidentia conſequentia ſubſtantiam, 3. quæſt. 77. 2. *c.*

4 Quantitas conſequitur ſubſtantiam ex parte materiæ, & qualitas ex parte formæ, 3. q. 90. 2. *c.*

5 Quantitas debita alicui ſpeciei non eſt determinata ſecundum aliquod indiviſibile, ſed habet aliquam latitudinem, 3. quæſt. 33. 2. *ad* 2.

6 Quantitas duplex, ſcilicet molis & virtutis, quę ex genere ſuo non eſt quantitas, ſed qualitas, vel forma ſubſtantialis, 1. q. 42. 1. *ad* 1.

7 Quantitas virtutis duplex, ſcilicet ſecundum numerum objectorum, & ſecundum intenſionem actus ſuper idem objectum. Prima eſt ſicut continua; ſecunda vero ſicut diſcreta, 22. q. 24. 4. *ad* 1.

8 Quantitas triplex, ſcilicet perfectionis, virtutis, & molis; prima convenit per ſe omni formæ, non autem ſecunda & tertia, ſed per accidens, 1. q. 42. 1. *ad* 1.

9 Quantitas virtualis attenditur primo quidem in radice, ideſt in ipſa perfectione formę vel naturæ; ſecundo attenditur in effectibus formæ, ideſt ſecundum eſſe, & ſecundum operationem, 1. q. 42. 1. *ad* 1. & *ad* 2.

10 Quantitas corporalis habet aliquid inquan-

quantum quantitas, ſcilicet diſtinguibilitatem ſecundum ſitum, vel ſecundum numerum, & aliquid inquantum forma actu, ſcilicet diſtinguibilitatem ſecundum ſubjectum tantum, 22. q. 24. 5. *ad* 1.

11 Cuilibet quantitati mathematice finitæ poteſt fieri additio, non autem quantitati naturali, 3. q. 7. 12. *ad* 1.

12 * Quantitas dimenſiva non eſt in Deo, ſed tantum quantitas virtualis, 1. q. 28. 4. *c.* & q. 42. 1. *ad* 1.

Quarta dies creationis, 1. q. 70. 2. *c.*

1 Quid, duplex, ſcilicet quid nominis, & quid rei, 1. q. 2. 2. *ad* 2.

2 Quid, quęrit de natura, & aliquando de ſuppoſito, 1. q. 29. 4. *ad* 2. & q. 31. 2. *ad* 4.

1 De ratione quietis eſt, quod mobile ſimiliter ſe habeat nunc & prius, 1. q. 53. 2. 3. *c.*

2 Quies eſt prior motu via intentionis, & poſterior via executionis, quia eſt finis ejus, 12. q. 25. 1. *c.*

3 Dicitur dupliciter, ſcilicet ceſſatio operis, & complementum deſiderii, 1. q. 73. 2. 3. *c.*

1 Quieſcere in toto tempore aliquo, eſt & eſſe in eo in quolibet inſtanti illius temporis, etiam in ultimo, 1. q. 53. 3. *c.*

2 Spiritus Sanctus manet, ſeu quieſcit in Filio tripliciter, ſcilicet ſecundum vim ſpirativam, ſecundum humanitatem, ſecundum amorem, 1. q. 56. 2. *ad* 4.

1 Qui eſt, eſt proprium nomen Dei, & primum, 1. q. 13. 11. *o.*

2 Hoc nomen, qui eſt, magis proprium nomen Dei eſt, quam Deus, ex parte ejus á quo nomen imponitur, & quantum ad modum ſignificandi; ſed quod id ad quod nomen imponitur eſt é converſo, 1. q. 13. 11. *c. ad* 1.

3 Qui eſt, appropriatur Filio Dei ratione tantum adjuncti, ſcilicet ratione liberationis præfiguratæ. Et eſt perſonale ſecundum relationem determinatam; eſſentiale vero ſecundum relationem indeterminatam, 1. q. 39. 8. fin.

Quinta dies creationis, 1. q. 70. 1. *c.* & q. 71. *o.*

1 Quo eſt, & quod eſt in ſolo Deo non differunt, 12. q. 29. 4. *ad* 1. & 3. q. 3. 2. *ad* 3. & 3. q. 17. 1. *c.*

R

RAcha eſt interjectio iraſcentis, 22. q. 185. 5. *ad* 3.

Aliqua dicuntur ad ſimilitudinem radicis arboris, quæ ex terra gignit alimentum, vel quæ alimentum præſtat toti arbori, 12. q. 84. 1. *c.*

Rancor eſt indignatio contra omnes, & maxime prælatos detinentes hominem invitum in ſpiritualibus bonis, quę ipſum contriſtant, & etiam contra omnes ad ſpiritualia bona inducentes, 22. q. 35. 4. *ad* 2.

Rapacitas continetur ſub violentia, cum ſit ſpecies ejus. Quæ violentia eſt filia avaritiæ, 22. q. 118. 8. *c. ad* 3.

1 Rapina per ſe eſt peccatum, quia eſt auferre per vim rem alienam injuſte, 22. q. 66. 8. *c.*

1 Raptus ut eſt ſpecies luxurię, eſt quando puella de domo patris violenter abducitur, ut corrupta matrimonio habeatur; ſive ei, ſive parentibus violentia inferatur, 22. q. 154. 1. *c.* & 7. *o.*

2 Raptus quandoque eſt cum ſtupro, & quandoque ſine eo, ut in rapu viduę vel nuptę, vel corruptę. Et quandoque ſtuprum eſt ſine raptu, ſi defloretur virgo ſine vi, 22. q. 154. 7. *o.*

3 Raptus plerumque concurrit cum ſtupro, ideo quandoque ponitur unum pro alio, 22. q. 15. 4. 7. *ad* 1.

4 Rapta poteſt duci in matrimonium, ſi ipſa vel parentes conſentiant, 22. q. 154. 7. *ad* 3.

5 Raptus monialium gravius ſecundum leges punitur; ſcilicet capitali pœna, 22. q. 154. 10. *ad* 2.

1 Raptus mentis, proprie eſt elevatio mentis ad ſupernaturalia á Deo, cum abſtractione à ſenſibus, 22. q. 175. 1. *o.*

2 Extaſis dicit ſimpliciter exceſſum mentis, ſed raptus addit violentiam, 12. q. 175. 2. *ad* 1.

3 Raptus ratione cauſę poteſt pertinere ad vim appetitivam, non autem ratione termini; ſed tantum ad vim cognitivam, 22. q. 175. 2. *o.*

4 Homo fit extra ſe ſecundum appetitum, dupliciter, ſcilicet elevando ſe per intellectum ad divina, prætermiſsis ſenſibilibus, ſicut Paulus; vel è converſo, ſcilicet infra ſe, ſe ipſum præcipitando; ſicut ille qui porcos pavit, ſub ſemetipſo cecidit. Et neutro modo eſt proprie raptus. Sed minus primo modo, quia eſt ſine violentia; licet uterque exceſſus poſſit eſſe cauſa raptus in vi cognitiva, 12. q. 28. 3. *c.* & 22. q. 175. 2. *ad* 2.

5 Raptus mentis ad divina triplex, ſcilicet per ſimilitudines imaginarias, per effectus intelligibiles, & per eſſentiam Dei. Primus convenit Petro, & Joanni Evangeliſtę, Secundus Adæ & David. Tertius vero Paulo & Moyſi, 22. q. 175. 3. *ad* 1.

6 Paulus neſcivit, an ejus anima in raptu fuerit ſeparata à corpore, licet probabilius ſit quod non fuerit ſeparata, 22. q. 175. 5. *ad* 4. item 6. *c.*

7 Paulus in raptu fuit beatus ſecundum actum,